e-codices

magis quàm adulatorum labia auersatus es,
felices estis vos Athenienses qui Timagorã inter
officium salutationis Dario Regi adulantem
capitali supplicio afecistis. cernitis quanta
principum clades fuerint ex adulante profecta
linguâ, quanta quantorum furcza et interitus
vultu vero vestro ad aliud me lingua malum
imitante ad detractionem peruenio, Auditores
Spectatissimi. semper cauda scorpionis in ictu
est, nullo q momento meditari cessat, ne quando
desit occasioni, lingua calumniosa, semper
minatur aut mordet, hac si semel per
praeceps deuoluitur non ueru nonatur, neq
falsum, non honestum non utile, non famã
non infamiam, non praesens, non futura, non
ius, non conscientiam, non hominem, nec
hominum denique obseruatore et Judicem
Deum, sed in diuerso miserabilis huius vitae
statu constitutos, nequissimo suo veneno

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 220r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/220r)